

zarai eius nive nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, saphiro pulchriores. Denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis. Maxime eorum venustatem decantat Propheta, ita ut in candore niuem excedant, in nitore lac, in rubicunditate ebur, & tandem in pulchritudine saphirum, tamen tota eorum elegantia sic deturpata est, ut super carbones vultus eorum esset denigratus: unde illis tanta turpitudine. Non sunt cogniti in plateis. Nazaraei erant dedicati Deo, & templo, & cum ab illo exierunt ad publicas plateas, ut negotiis secularibus se immiscerent, statim omnis splendor, ac decor virtutis, & sanctitatis deperditus est in illis, ut iam non essent cogniti in plateis, ut viri pii & religiosi, sed tanquam homines mundialium fumo denigrati. Gillibertus Abbas serm. 47. in Cantica: *Ordinis nostri, ait, cernite viros, quam admirabile erat nomen eorum in universa terra; in vicis, quando vixerant, visi in plateis, statim cogniti pro sanctitatis signo erant in eis. Nunc autem nullo religionis discrimine, nullo privilegio conversationis, aut nullo, aut pertenui, distincti, ac signati sunt a ceteris. Ideo non sunt cogniti quasi Nazaraei in plateis: Frequentia platearum dedecorat Nazaraeos, & peregrinam speciem inducit. Mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum, ideo non sunt cogniti in plateis. Non agnoscitur in eis natiuus candor, non nitor, non rubor, non pulchritudo.*

Gillibert.

Frequentia platearum dedecorat Nazaraeos.

35. Thren. 1.

Cum Deo dedicatus ad mundum egredietur, perijt.

Paschas.

36. Apoc. 6.

Card. Vital.

Religiosus religione proficiens, in extrema vitia cadit.

Lamentatur idem Ieremias de vastationem Ierusalem, & ait: *Omnes porte eius destructe: sacerdotes eius gementes: virgines eius squalide, & ipsa oppressa amaritudine, Threnorum 1. num. 4. Destructio portarum, totius exitit civitatis destructio; nam per eas patuit inimicis ingressus; cur ergo cum malum esset commune, peculiariter tamen sacerdotes, & virgines introducuntur deplorantes portarum desolationem? Quandiū portę erant clausę, tenebantur in templo sacerdotes, & virgines Deo consecrate in eius obsequio; at verò cum portę destructę sunt, patuit aditus ut ad publicas vias, & vicos exirent, implicantes se negotiis mundialibus, quo omnino perierunt, ac à semita virtutis, & religionis recesserunt, & ideo sacerdotes, ac virgines peculiariter portarum desolationem deplorant, tanquam eorum desolationis occasionem, & ruinam. D. Paschasius ibi in Thren. Quia mors, ait, ad nos introiit per fenestras nostras, squalat virginitas anima, & regale nostrum genuit sacerdotium. Dum replemur pro virtutibus vitii amaritudine delictorum.*

Facto terrę motu magno ait Ioannes Apocalyp. 6. num. 13. *Stella ceciderunt de celo in terram. Cur non potius ceciderunt in aërem, vel super excelsas tutres, seu montes altos. Cardinalis Vitalis in speculo morali factę Scripturę, Tit. de Religion. per has stellas intelligit Religiosos, qui veluti fulgentia sidera micant in firmamento Religionis, si tamen ab ipso celo, seu religione profiliunt, in pessima vitia, ac extremam miseriam prolabantur. Citat. Cardinal. Flante, impellente, & conqussante istas stellas vento tentationis, ambitionis, divisionis, suspitionis, carnalitatıs, deordinationis, & dissolutionis, cecidimus evidenter de statu perfectionis ad terram infimam.*

QUESTIO V.

Quare consumpta substantia, exorta fame, prodigus cepit egere absque alicuius adiuvamine?

**R**ODIGVS totam substantiam suam dilapidavit conuiuio, potationibus, ac multis expensis factis cum amicis suis. Quare cum exorta fame omnia illius sint consumpta nullus inuenitur ex amicis, qui ei aliquid subsidium præbeat, sed ipse omnibus destitutus cepit egere, ita ut vni ciuium adhereret.

Respondeo. Primò, quod erant sæculi amici, qui prosperitatis tempore tibi adhærent, ut de tuis bonis epulentur, & comedant, aduerso verò casu dato, egestatę adueniente, statim te contemnunt, & deserunt. In vltimis diebus David Adonias acclamatus est rex Israel, fecitque grande conuiuium fratribus, ac amicis suis. Audierunt tamen quod ex imperio David Salomon vinctus est rex, constitutusque est in solio patris sui. *Audiuit autem Adonias, & omnes qui inuitati fuerant, ab eo, iamq; conuiuium finitum erat, 3. Reg. cap. 1. num. 41. Aduertit textus tempus, quo audierunt iamq; conuiuium finitum erat. Quid inde factum est. Surrexerunt omnes, qui inuitati fuerant ab Adonia, & inuit vnusquisque in viam suam, ibid. num. 50. Durante conuiuio cum eo sunt, finito discedunt, aspirante felicitate cum eo conueniunt, illa recedente recedunt.*

Secundò. D. Chrysologus serm. 1. *Luxuria, ventri, ait, gula fames tortor apponitur: ut ibi vltix pœna sariat, ubi pœnalis reatus exarserat. Prodigus luxurię, ac ventri magna escarum copia indulgens totam suam dissipauit substantiam, merito fame vexatur, ut venter torqueatur, qui tantę ruinę, ac damni causa extitit. Vide tom. 2. & 3. verb. Peccatum.*

Tertiò. Idem Chrysologus superiori quęst. datus: *Censur, ait, nudauit filium, non distauit: dato, non accepro pretio, miser se tradidit seruituti. Filius prodigus accepta substantia largę crapulę, & epulis indulgebat, multaque saturitate lætabatur, quid inde sequitur? Multa fames, & egestas, ex opulencia læpe in miseriam, ac sterilitatem dilabitur. Vidit Pharao: Septem boues de amne conscendere, pulchras nimis, & obesitas caribus. Et ecce has sequebantur alia septem boues, in tantum deformes, & macilentę, ut nunquam tales in terra Egypti viderim, Genes. 41. num. 18. Expende illud, sequebantur; ac si fertilitatis consequentia sit macies, & squalor de iniquorum terra, ait David: Terram fructiferam in salsuginem, à malitia inhabitantium in ea, Psalm. 106. num. 34. Explicant Euthymius, & Nicephorus: *Posuit terram in salsuginem. In pœnam enim peccatorum, terra, quę centuplum fructificabat: postea salia, seu sterilis euasit.**

Quartò. D. Bernard. apud Tilmanum in allegor. *Vnde huic, ait, egestas, nisi ex eo, quod legitur dissipasse bona sua cum meretricibus viuendo luxuriose? Meretrices ista carnis sue concupiscentia, cum quibus luxuriose viuendo dissipabat bona natura, qui eis abutitur ad voluptatem. Huic egestas perniciofa succedit, eo quod non satietur oculis visu, nec auris auditu impletur. Adolescens multum diues erat, in valde tamen vrgentissimam famem venit;*

37. Difficultas quęstionis.

38.

Amici, quę de tuis sepulantur, tempore famis recedunt. 3. Reg. 1.

39. Chrysolog.

Per qua quis peccat, torquetur.

40. Chrysol.

Saturitatis consequentia fames.

Genes. 41.

Psalm. 106.

Euthym. Nicephor.

41. Bernard.

*Vitia paruis egestatem.* nit; unde sic famescit, tradidit se vitii, & voluptatibus, harum enim abundantia, bonorum egestatem parit, & omnium rerum penuriam infert. Larga enim deliciarum copia strictam famem in corde gignit. *Meretrices ista carnis sue concupiscentia, qui luxuriose viuendo dissipabat bona natura.*

**42.** Psalm. 105. *Concupierunt concupiscentiam in deserto: & dedit eis petitionem ipsorum: & misit saturitatem in animas eorum, Psalm. 105. num. 14. Legit D. Hieronymus: tenuitatem, Septuaginta, & Hebręi: maciem. Quę saturitas erat illa, pro qua macies legitur, ac ponitur. Eam explicat Lorinus: *Misit saturitatem, id est permisit implere appetitum. Adimplerit appetitum tenuitas, ac macies omnium bonorum est. Mendoga in 1. lib. Regum vers. 5. num. 7. Qui enim, ait, suas explebant, saturabantq; concupiscentias: postea præ fame consuebantur, & tabescebant.**

**43.** Videt Ioannes mulierem multo cultu ornata, purpura, & coccino, lapide pretioso, & margaritis circumdatam, in manu sua habebat poculum plenum abominatione, & immunditia omnium vitiorum, ac iniquitatum; unde & ipsa nuncupatur Babylon magna mater fornicationum, & abominationum terrę. *Et in fronte eius nomen scriptum mysterium, Apocal. 17. num. 5. Quõdam mysterium latebat in hac impudica muliere, quę maxime omnium oculis erat patens, & exposita; in hoc tamen interueniebat mysterium, quod cum esset omni turpitudine vitiorum fœdata, plena tamen erat margaritis, & lapide pretioso; sic vitia diuitias consumunt, quod tanquam magnum mysterium haberetur, ut mulier cum illis locuples existeret.*

**Luc. 15. n. 15.** Et abiit, & adhæsit vni ciuium regionis illius; seu ut legit Origenes, primarium ciuitatis. Ciuem regionis à Deo longinquę diabolum interpretantur D. Augustinus lib. 2. quęstionum Euangel. quęst. 33. D. Hieronymus, Bostrenf. Beda, Hericus, qui ait: *Diabolus terrenis concupiscentiis præpositus est. Deinde subditur: Misit illum in villam suam. Gręcus, in agros suos. Beda, in villam mitti, ait, est substantiã mundialis cupiditate subiugari. Ut pasceret porcos. D. Chryostomus in Catena: hoc est vt fordidus, & immundas cogitationes in animo nutrit. Carthusianus, ut pasceret porcos. Hoc est demones inferiores, seu homines turpes Diabolo inferiores. Ecce ad quantam miseriam luxuria, & prodigalitas nobilem adolecentem adduxerunt, qui vt in domo paterna honestissimę habebatur, ab illa recedens seruus porcorum efficitur.*

**Num. 16.** Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis, quã porci manducabãt, & nemo illi dabat.

**VERSIONES.**

**Vatabl. n. 15.** Et profectus adiunxit se vni ciuium regionis illius.

**Syriacus.** Abiens itaque sese adiunxit vni ex filiis ciuitatis regionis illius

**Orig. hom. 18.** Accessit ad quendam priuatum in Numeros. marium ciuitatis in regione illa.

**Arabicus.** Adhæsit vni ex maioribus regionis illius, qui misit eum in agrum suum.

**Arias.** Qui misit eum in agros suos.

**Syriac. n. 16.** Et concupiscebatur implere ventrem suum ex siliquis illis quas edebant sues.

**Arias.** Et desiderabat implere ventrem.

Sylueira in Enang. Tom. IV.

Arabicus. Quas porci manducabant, & non dabatur illi.

EXPOSITIO III.

**BIIT.** Explicat Glossa, sponte, seu propria voluntate. Ex quo ait Titus Bostrenf. *Abijt, perditionis forma afficitur. Cum homo ducitur sua voluntate, statim ipsa perditionis forma constituitur. Adhæsit. Non dicitur quod conductus fuit à ciue, sed quod adhæsit, seu adiunxit se omnibus modis se illi insinuans ad eius gratiam sollicitandam, vt inde panem haberet, ne fame periret. Rectè D. Ambrosius expendit verbum adhæsit, sic explicans: *Qui hæret, in laqueo est.* Sicut enim passer pabulum quarens, in laqueum incidit; ita infelix peccator, vbi iucundam voluptatem sperat, in miserabilem seruitutem incurrit. Notat Hugo, quod prius dicitur, *Abijt, & postea adhæsit.* Homo propria sua voluntate subiicitur diabolo.*

**Vni ciuium regionis illius;** seu vt legit Origenes, primarium ciuitatis. Ciuem regionis à Deo longinquę diabolum interpretantur D. Augustinus lib. 2. quęstionum Euangel. quęst. 33. D. Hieronymus, Bostrenf. Beda, Hericus, qui ait: *Diabolus terrenis concupiscentiis præpositus est. Deinde subditur: Misit illum in villam suam. Gręcus, in agros suos. Beda, in villam mitti, ait, est substantiã mundialis cupiditate subiugari. Ut pasceret porcos. D. Chryostomus in Catena: hoc est vt fordidus, & immundas cogitationes in animo nutrit. Carthusianus, ut pasceret porcos. Hoc est demones inferiores, seu homines turpes Diabolo inferiores. Ecce ad quantam miseriam luxuria, & prodigalitas nobilem adolecentem adduxerunt, qui vt in domo paterna honestissimę habebatur, ab illa recedens seruus porcorum efficitur.*

*Et cupiebat;* seu vt legit Arias, desiderabat, implere ventrem. Miro modo depingitur famelicus homo, vt aduertunt Maldonatus, Luc. Burgenf. Non dicitur, cupiebat edere, seu saturari, sed implere ventrem. Cupiunt enim, qui magna fame opprimuntur, replere vacuum ventrem, nulla qualitatıs ciborum consideratione habita. *De siliquis.* Siliqua proprię significat folliculos leguminum, qualia sunt fabę, cicer, lentes; alij volunt esse arboris fructus. *Quas porci manducabant.* Illę enim porcis certa hora, certaque mensura dabantur in cibum non ab ipso, sed ab alio ad id à Domino deputato. *Nemo illi dabat:* ad satietatem, vt posset illis ventrem explere. Euthymius: *Nul-lus, ait, illi dabat ad satietatem. Huiusmodi enim demones neminem sinunt satiari voluptatibus, ne citius a peccato quiescat.*

QUESTIO VI.

Quare adolescens vili porcorum seruitio se subijcit, non verò nobili militia adscribitur?

**R**IMAM rationem desumo ex D. Chryologo serm. 1. *Cupiditas, ait, ciuem in peregrinum, filium in mercenarium, in egenum locupletem, liberum mutauit in seruum, iunxit porcis, a patre pijsimo,*

44. Glossa. Bostrenf.

Ambros.

Hugo.

45. Origenes. August. Hieron. Bostrenf. Beda.

Chrysol.

Carthul.

46. Arias. Maldon. Burgenf.

Euthym.

47. Chrysolog.



Piissimo, quem seruauit, ut seruaret canoso pecori, qui pietati sancta seruire contempsit. Ecce quot mala obueniunt adolescenti, ubi a patre rececit, propriis cupiditatibus ductus, noluit obedire patri, & elegit seruire porcis: villam, & mapalia habitat, qui in nobili palatio dedignabatur, qui regales delicias fastidiebat, modo praefame postulat siliquas porcorum: qui ciuiliu, eruditoru, & fratum fugiebat consortia, modo exul obrutescit inter vilissimorum pecorum greges. Et qui degebat inter odoriferas emissiones paradisi malorum, puniceorum cum pomorum fructibus, Cant. 4. num. 1. 3. modo tetrum, ac foetidum porcorum vaporem suscipit. Ut seruaret canoso pecori, qui pietati sancta seruire contempsit.

In Deo ob-  
quo bona, in  
mundi serui-  
tute mala.

Cant. 4.

48.  
Chryl.

Fame, & labore  
emittit homo  
extremam  
vilitatem.

49.

Luxuria  
eneruat vi-  
res, ac fran-  
git animum.  
Cyrillus.  
Luc. 14.

50.  
Exod. 1.

Luxuriosus  
iners, &  
ignarus.  
Abulen.

Dyanus.

51.

Secundò. D. Chrysofomus orat. 4. de Prodigio: Et misit enim, ait, in villam suam ciuis ille, ut pasceret porcos: ciues autem regionis illius sunt demones, in qua profugus degebat: sic enim honore afficiunt demones eos, qui illos honore prosequuntur, sic amant eos, a quibus amantur, talia dona largiuntur illis, qui sibi obediunt. Ut seruiat mundo, & diabolo expendit adolescens totam suam substantiam, fit exul a patria, largos labores itineris suscipit, quam tamen mercedem, seu honorem inde asportat: Ut porcis seruiat. Talem honorem impendunt demones suis amatoribus; tale praemium, multo itineris labore sibi homines comparant; & ut porcos pascant fame, itinere, ac omnium rerum penuria sibi emunt, & comparant. Sic enim honore afficiunt demones eos, qui illos honore prosequuntur.

Tertiò & maxime ad quaestionem. Prodigus luxuriae, ac vitii deditus fuerat, a quibus eius vires sunt debilitatae, animus enervatus, & ipse ignauissimus effectus est. Ut ipse nil generosum intenderet, sed solum ad caenum porcorum inclinaretur, sic ipse ex luxuria, ac vitii tam iners factus est. D. Cyrillus: Hi, ait, imbelles sunt, ac minus possunt maxime militia spirituali, in qua is, qui uxorem duxit, tanquam infirmior, & ignauior ait, non possum venire, Luc. 14. num. 20.

Excitat Pharaos suos, ut insurgant contra Hebraeos, dicens: Ecce populus filiorum Israel multus, & fortior nobis est, venite sapienter opprimamus eum, Exod. 1. num. 9. Bene agnoscebat rex, quod multo maior erat numerus Aegyptiorum, quam Hebraeorum, cum Aegyptiacum regnum esset amplissimum, tamen timet Hebraeos, quod si insurgent in bellum, se, ac suos superabunt, & rationem subdit, quia fortior nobis est; quod ita interpretatur Abulen. quod si fiat comparatio inter vnum virum Aegyptiacum, & Hebraeum; secundus multo fortior primo; ex quo tamen motiuo sibi persuadet rex, quod Hebraeus robustior Aegyptio sit? Cum eodem ferè pabulo, ac esca vterque populus vteretur; imò Aegyptius meliores, & deliciares cibos vesceretur. Vnde ergo Hebraeus fortior creditur? Aegyptius luxuriae, ac impudicitiae deditus erat, a quibus Hebraeus sobrie viuens se abstinebat, & inde Aegyptius iners, ac ignauus reputatur, ut facile a quolibet Hebraeo esset subiugandus, ac superandus. Tyrannus: Aegyptij luxuriosi erant, ait, inordinate viuentes, & ex hoc debiliores fiebant in corporibus, & minus apti ad productionem corporis; filij autem Israel contrario modo viuentes erant fortiores in corporibus, & multiplicabantur in prole, & dimitis.

Chodorlahomor rex Elamitarum cum alijs

quatuor regibus inito praetio debellauit reges Sodomae, & Gomorrhae, corumque copiosum exercitum, & illorum omnem substantiam simul secum tulit; quod cum nuntiatum fuisset Abrahamo, numeravit expeditos vernaculos suos trecentos decem, & octo. Et diuisis sociis irruit super eos nocte, percussitque eos, & persecutus est eos usque Hoba, Genes. 14. num. 15. Rex ille Elamitarum tantum habuit militum robur, ut magnorum quatuor regum Sodomorum acies potuerit deuastare, ac debellare, ac ex magna parte occidere, quomodo Abraham ei exit in certamen cum tam paucis hominibus, eumque cum suis in fugam conuertit, ac tandem percussit, omnemque praedam ex eorum manibus liberauit; Reges Sodomorum, & Gomorrhae cum suis militibus erant valde impuri, & idèò multum inepti, ac ignaui ad bellum, vnde statim terga vertentes ceciderunt; at verò vernaculi Abrahami erant puri, & casti. Rabbanus ibi: Expeditos dixit inuenes ad bellum promptos, qui non fuerant uxorati. Et idèò tam fortes, ac generosi in bello, ut magnas Elamitarum copias deuastarent, casta enim paucorum castra de multis aduersarijs valent triumphare, ac victoriam reportare.

Genes. 14.

Luxuriosus  
imbellis, castus  
fortis.

Rabba.

QVÆSTIO VII.

Quare Prodigus in delitijs enutritus, non alium cibum cupiebat, nisi porcorum siliquas?

DE his siliquis multa congerunt Recentiores circa eorum significatum. Communiter tamen iuxta Plinium lib. 18. cap. 12. reputantur folliculi leguminum, ut fabae, &c. De illis ait D. Ambrosius in praesenti: Qui aptior huiusmodi hominibus, scilicet luxuriosis, cibus, quam is, qui siliqua modo inuis inanis, foris mollis est, quo corpus non reficitur, sed impletur, ut sit magis oneris, quam vsui. Luxuriosus pabulum non reficit, sed potius grauat eos. Alij, ut Plinius lib. 15. cap. 24. Dioscor. lib. 1. cap. 30. Columella lib. 5. cap. 10. Ianfenius, Barradas, & alij dicunt esse fructum arboris falcatum digitali longitudine, latitudine pollicari, qui Latine dicitur, *ceratia*, vulgò, *al ferrobias*. Quarum magna copia est in regno Valentiae. De illis, ait Titus Bostrenf. Siliquarum gustus suauis est, & tamen admodum habet nonnullam asperitatem. Alij tenent esse fructum arboris quercus ad vsum porcorum.

52.

Plin.  
Ambros.

Plin.  
Dioscor.  
Columell.  
Ianfen.  
Barrad.  
Bostrenf.

53.  
Theophyl.

Bostrenf.  
Euthym.

54.  
August.  
Ambros.  
Hieron.  
Beda.  
Haymon.  
Bonauent.

Ad quaestionem respondet primò Theophylactus: Assimilatur, inquit, siliquis peccatum, dulcedinem habens, & asperitatem, delat enim ad tempus, cruciat perpetuo, &c. Similiter Bostrenf. Euthymius, & alij, qui per siliquas peccatum, seu appetitus interpretantur, quod licet secum videatur importare aliquam breuem dulcedinem, infert tamen asperitatem, ac cruciatu aternos, & tamen miser peccator in suis malis demersus nil aliud cogitat, ac desiderat, nisi huiusmodi asperitates.

Secundò. D. August. in quaestionibus. D. Ambrosius, D. Hieronymus, Beda, Haymon, D. Bonauent. per siliquas interpretantur inanes, ac seculares sententias infidelium, ac Haereticorum. Siliqua, ait D. Augustinus, seculares sunt doctrinae, sterili vanitate resonantes, de quibus laudes idololorum fabu

Beda.

Mundani  
quarunt fa-  
bulas, ac do-  
ctrinam ha-  
reticorum.

55.  
Chryl.

Nunquam  
diabolus in  
vitijs dat sa-  
tietatem.

Euthym.  
Theophyl.

56.  
Chrylolog.

Prodigus mi-  
ser ex suo de-  
siderio.

Vitam porci-  
nam agebat,  
& non satur-  
atur, ut por-  
cus.

57.  
Paschas.  
Thren. 2.

Elongatus  
ab Ecclesia  
terrena cogi-  
tat in sinu  
eius calefieri.

fabularumque, ad Deos gentium pertinentium, vario sermone, atque carminibus, percrepans, quibus demonia delebantur. Beda: Sunt doctrinae, de falsis djs siliquae, id est cibus porcorum, videlicet Ethnicorum, & demonum. Siliquae sunt figmenta Poetarum, pompae verborum Rhetoricorum, falsaeque haereticorum dogmata; mundani sprete vera, ac sana doctrina illa appetunt, illisque solum tanquam suauissimo pabulo delectantur.

Tertiò. D. Petrus Chrysologus serm. 2. Diabolus, ait, non sinit eos, scilicet peccatores, ex ipso porcorum cibo, pastuque saturari, ut esurientes vitia, plus delinquant: luxuriosus, satietas capere non potest, voluptas nescit expleri. Famelicus adolescens at denter esuriebat fuillas escas, & tamen illi non dabatur. Haec est malignorum spirituum astutia, ut peccatores in suis scelerebus nunquam satientur, ne saturitas in fastidium vertatur, ut esurientes vitia plus delinquant. Ut inde inexpectata libidine in dies audiotiores ad vitia rapiantur. Sic expletant Euthymius, ac Theophylactus illud: Nemo illi dabat, satietatem scilicet in suis vitijs, ac turpitudinibus.

Quartò. Idem Chrysologus serm. 1. Quam crudele, ait, ministerium, quia neque conuiuit porcis, qui viuunt porcis. Miser, qui porcorum desicit, & esurit in saginam, miser, qui squalentis cibi cupit, nec imperat qualitatem. Ex multis prodigijs miseria deprehenditur; & primo ex suo desiderio, in tam infima forte erat constitutus, ut nihil aliud desideraret, nec ei venire in mentem nisi squalidum alimentum, & hoc etiam defraudabatur, & affecum non valebat, quid miserabilius, quam quod cum porcina vitam vitii ac luxuria ageret, porcini victus expertus erat. Quam crudele ministerium, quia neque conuiuit porcis, qui viuunt porcis.

Quintò. D. Paschasius lib. 2. in Thren. confert hunc locum cum illo Threnorum 2. num. 12. vbi pueri Hierosolymitani in schola Dei enutriti. Matribus suis dixerunt, ubi est triticum, & vinum, cui deficerent quasi vulnerati in plateis civitatis, cum exhaureret animas suas in sinu matrum. Prodigus adolescens praefame animam exhalans cupiebat saturari de siliquis. Pueri verò Hierosolymitani, non siliquas, sed panem, & vinum suspirant. Cur adolescens porcorum escas, pueri verò illi panem, & vinum requirunt. Citatus D. Paschasius: Non aiunt, ubi est hordeum, aut siliqua, sed ubi est triticum, & vinum? Norunt igitur, & si degeneres suo vitio, quales eos pater genuerit: Prodigus autem, ille filius concupierat saturari de siliquis, quas porci manducabant. Adolescens ille tanquam Gentilis factus recesserat longè a domo patris profectus in regionem longinquam, vbi dissipata substantia sua fame peribat, at verò Hierosolymitani exhalabant animas in sinu matrum suarum. Qui autem ut Gentilis, & haereticus se a domo Dei elonginuat, in vltimis constitutus nil cogitat ac requirit, nisi mundana, ac brutorum alimenta. At verò qui est in sinu Ecclesiae, ut fidelis, licet aliquando peccato lapsus fuisset, tamen cum in sinu Ecclesiae teneatur, & foneatur, cum in extremis agit, panem & vinum filiorum contendit, quo anima in aeternam vitam reficitur; pro quo nota, quod postquam mentem dirigit ad domum patris, illamque concupiscit, iam non siliquas, sed panem desiderat. Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus.

Sateptanae viduae filius moritur, quem excitaturus accedit parens Elias. Et ait ad matrem, Sylicia in Euang. Tom. IV.

Elias. Da mihi filium tuum. Tulitque eum de sinu eius, & portauit in comaculum, 3. Regum 17. num. 19. maxime ponderandus est locus, in quo habebatur filius reuocandus in vitam, & ex quo loco eum accipit Elias. Tulit eum de sinu eius. Non iacebat in lectulo, vel in strato, ut communis est locus aliorum mortuorum, sed in sinu matris erat, & inde ipsum extrahit Propheta, ut ei vitam communicet; felix, qui dum moritur, in sinu matris, in sinu Ecclesiae est, quia frequenter adest vnus Dei minister, qui ei manum porrigat, ipsumque foueat, ut valeat in salutem, ac vitam euocare. Perbellè Gillibertus Abbas serm. 16. in Cantic. Mollis, ait, & famine matris est sinu fouendus, ut non exasperatus absorbeat. Non expedit ei extra materui sinu ambitum reperiri, ne forte non tollat illum verus Elias in cubiculum suum. Quamplurimi non sunt sublatis in saluatoris cubiculum, eo quod extra sinum matris ceciderunt. At verò qui in sinu matris est licet cadat, & vulneretur, tamen blanda, ac molli pietate matris fouetur, ut valeat in vitam restaurati.

Qui in sinu  
Ecclesiae de-  
linquit, saepe  
erigitur.

Gillibert.

59.  
Famiae tem-  
pore videntur  
humili cibo.

60.

Genes. 43.

Tempore fami-  
nia non laudat  
viuendum.

Philo.

QVÆSTIO VIII.

Quare Prodigus non rapiebat siliquas, cum eas concupisceret, & nemo illi eas daret?

RESPONDEO. Primò, quòd siliquae sub alterius erant potestate, qui certo diei tempore porcis praebetur cibum, vnde non poterat Prodigus illas surripere, ut impleret ventrem; deinde etiam non audebat absconditè aliquid assumere, timebat enim, quòd si Dominus resciret porcos consueto suo cibo priuari, famulum a domo expelleret.

61.

IT 3 Secun